

Theologia dupliciter consideratur: uno modo, uti scientia quaedam particularis; alio modo, uti sapientia

Secundum primum modum theologia tractat de Deo et de aliis quae ad Deum ordinantur. Sum. theol., I, q. 1, a. 7 c et 2m.

Secundum alium modum theologia omnia ordinat et omnia iudicat, scilicet, non tantum scientia est sed etiam regina scientiarum. Sum. theol., I, q. 1~~8~~, a. 6.

Secundum primum modum, methodus theologiae est methodus quaedam particularis quae determinatum quoddam genus operationum investigat atque ordinat.

Secundum alium autem modum methodus theologiae est methodus quaedam generalissima, unde de valore et de limitibus caeterarum methodorum determinare possit, unde et conclusiones aliis ~~in~~ methodis obtentas critice in suos fines adhibere possit